

Rex iste Bohemie<sup>b)</sup> ex una parente de Theotonia natus fuerat<sup>138)</sup>, unde et Theotonicos tenerrime diligebat. Uxor<sup>139)</sup> vero iam memorati regis, cum nocte quadam puerum concepisset, dulciter obdormivit. In somnis autem sibi videbatur, quasi lupum pro puero peperisset. Lupus hic, ut sibi videbatur, terram Bohemie sibi subiugavit et omnes vicinos sua potencia devastavit. Cum autem terras has multas longo tempore occupasset et devastasset, venit leo, lupum suis unguibus dirupit et bona sua videbatur totaliter possidere. Interpretacionem autem huius somnii quidam sapiens exposuit, ut sequitur: Lupus iste, quem regina Bohemie se retulit peperisse, filius eius est, qui terram Bohemie jure debito possidebit. Terras autem vicinas per sapienciam, pecuniam, potenciam, ferocitatem suo dominio subiugabit. Nobiles sue terre de regno suo faciet exire et nullum nobilem potentem vel divitem in terra sua poterit sustinere. Castra nobilium subvertet et in potencia sua sanus et potens annis plurimis permanebit. Post hec leo, id est rex Romanorum vel Ungarorum vel alius vicinus ex regibus eius, veniet, ipsum capiet vel interficiet et omnia sua totaliter possidebit. Interpretacionem vero hanc veram postmodum rei probavit eventus. Rex Bohemie filium suum proprio nomine Odacar<sup>c)</sup><sup>140)</sup>, de quo regina somnium predictum viderat, tenerrime diligebat. Erat enim juvenis pulcher, colore fuscus, statura<sup>d)</sup> mediocriter longus ut principem decebat, pectus habens magnum et os amplum, fortis et sapiens et in eloquencia sapientes et philosophos precellebat. Hunc pater marchionem super terram, que Mernhern<sup>141)</sup> dicitur, fecit et uxorem<sup>142)</sup> sibi nobilem copulavit. Juvenis hic regnum patris habere desiderans castra sibi quedam furtive surripuit et postea patrem potenter et atrociter in pugnavit<sup>143)</sup>. Civitates insuper patris obtinuit et eum de regno proprio turpiter extirpavit. Rex autem ad Theotonicos cognatos suos, marchionem de Brandenburg<sup>144)</sup> et marchionem de Maychsen<sup>145)</sup>

b) In der Handschrift folgen die gestrichenen (da auch inhaltlich falschen) Worte Odacker nomine

c) proprio nomine Odacar  
Korrekturzusatz  
d) Hs. statera

<sup>138)</sup> Die Mutter Wenzels I. war die Wettinerin Adela, verh. mit Ottokar I. Přemysl, gest. 1230.

<sup>139)</sup> Kunigunde, Tochter Philipps von Schwaben, gest. 1208.

<sup>140)</sup> Ottokar II. Přemysl von Böhmen, geb. um 1230.

<sup>141)</sup> Ottokar II. wurde 1247 Markgraf von Mähren.

<sup>142)</sup> Von dieser Ehe ist sonst nichts bekannt. Sie dürfte ein Irrtum des Chronisten sein.

<sup>143)</sup> Der Aufstand gegen den Vater fällt in das Jahr 1248.

<sup>144)</sup> Otto III. von Brandenburg, Markgraf 1227, gest. 1267, verh. 1233 mit Beatrix von Böhmen.